

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

4. De præsta[n]tia fidei & spei in sacerdote.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

DE
us. 6. non
s. 7. irre-
ure queat
et occasi-
qui nulli-
nus xro-
ore priori
plures si-

SACRO SACERDOTIO. 5.7

ta, debet luce doctrinæ suæ, & vitæ exem-
plaris illustrare omnes: si sal est terræ, de-
bet omnes à corruptione peccati conser-
vare, si pater & magister omnium fide-
lium, debet in se ostendere, quod omnes
imitentur.

MEDITATIO IV.

De præstantia fidei & spei in sacerdote.

CONSIDERA, sacerdotem imprimis 1.
debere esse in fide Catholica Romana,
sine qua impossibile est placere Deo, con-
stantissimum & certissimum, quia eius ve-
lur Magistri & Pastoris est populum in fi-
dei articulis instruere, eandem contra hæ-
reticos, hoc tempore maximè, diligenter
& ardenter defendere, modum item resi-
stendi temptationibus dæmonis, mundi &
carnis tradere, immò si necesse sit etiam pro-
ea sanguinem profundere. Bonus enim
pastor animam suam dat pro ouibus suis,
in vera fide conseruandis. *Labia sacerdotis, Ioan.*
ait Malachias, custodient scientiam, & te- 10.
gem Dei requirent, ex ore eius. 2. considera, *Mal.*
hoc præfiguratum in veteri lege Numer. 2.
10. vbi iussi sunt sacerdotes, dum iniretur
prælium, inflare tubas, ut earum clango-

Kk 3 remi-

MEDITATIONES DE

re miles redderetur animosior. Cum au-
tem bella spiritualia periculosiora sint &
crebriora, qnam illa corporalia, ardētus
sancte & frequentius tuba oris sacerdoti-
flanda est pro fide & sanctis moribus per
conclaves & exhortationes. Victoria enim
qua vicit mundum, secundum B. Ioan-
nem, est fides nostra. Et Diuus Paulus in
epistola ad Hebraeos omnia fortia ver-
rum Patrum facta tribuit eximiae eorum
fidei.

Considera non solum fidem, qua
credimus omnia, quæ Ecclesia Romana
credenda proponit, excellentem debet
esse in eo, sed etiam spem, vel fiduciam,
qua omnia possibilia redduntur credenti
ita ut etiam montes queat transferre, vt alii
CHRISTVS apud Marcum & Lucam. I.
Iacobus autem vult illam fiduciam debet
esse firmissimam non hesitantem, qui
enim habitat supple, se impetraturum quæ
a Deo petit, similis est fluctui mari, qui
venio mouetur, & circumfertur: nec estimam
homo ille quod accipiat aliquid à Dominis
Vnde Christus fere omnia miracula illa
firmæ fiduciarum adscribit. Fiat, inquiens,
bi sicut credidisti, vel fiat secundum fidem
tuam, 2. perpende rationem huius esse,

Heb.

8.

Marc.

8.

Luc.

I.

Mate.

8. & 9.

S DE SACRO SACERDOTIO. 319
quia sacerdotis maxime est orare paliis,
& vitam piam, sanctamque instituere, vt
possit perita impetrare, quia ad hoc a Deo,
tanquam mediator inter Deum & homi-
nes est constitutus Heb. 5. Vnde & aliis in
genua ruetibus tempore Missæ solus ipse
stat, quasi integritate vitæ fatus audeat
pro aliis metu consternatis orare, vel cer-
te quia hortatur Apostolus, vt cū fiducia
ad thronū gratiæ adeamus, quo miseri- *Heb.* 4.
cordiam consequamur.

Considera cum fidei debere habe- 3.
re quoque diuinæ Scripturæ, rerumque
Theologicarum pro officijs magnitudine
coniunctam scientiam & sapientiam, &
attendere, vt Apostolus monet Timotheū, *1. Tim.*
litioni, exhortationi doctrinae. Quilibet 4.
enim sacerdos curam habens animarum,
tenetur exponere Euāgeliū, catechesin
fidei Christianæ tradere, & eos qui con-
tradicunt redarguere. Si enim *S. Petrus* *r. Pet.*
vult omnes esse paratos ad satisfactionem 3.
omni poscenti de fide, quæ in ipsis est: quan-
to magis debet esse sacerdotes, quia alio-
rum sunt Magistri & Doctores? Quid
turpius est, quam sacerdotem non pos-
se respondere alicui garrulæ muliercu-
le, vel proteruo adolescentulo hæretico.

Kk 4 obie-

520 MEDITATIONES DE

obieqtanti, vt hoc tempore sit, scripteur^r
testimonia? Vnde Chrysostomus scribit
sacerdotē in omnibus debere esse sapien-
tissimum, & mille instructum oculis, vt
non solum sibi sed etiam toti populo ser-
uiat. Deusverō apud Osee prophetā com-
minatur repulsam a dignitate sacerdotii

Ose. 4. imperitis. *Quia*, inquit, *tu* scientiam repul-
sti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.
& B. Paulus, *Qui autem ignorat, nempe ea*

1. Cor. quæ scire tenetur, ignorabitur. nempe ea
14. die iudicii, cum dicetur. *Nescio vos.*

M E D I T A T I O V.

Decaritate, qua flagrare debet sacerdos.

I. C O N S I D E R A sacerdotem nulla ma-
gis virtute, quā caritate debere fla-
grare, tū quia fides, spes; aliaque virtutes
1. Cor. omnes, teste Apostolo, sine illa nihil pro-
funt; tum quia officium sacerdotis vel pa-
storis, tā ratione potestatis, ordinis, vi-
gnè conficiat & administret sacramenta,
quam iurisdictionis, quatenus curam ani-
marum habet, id omnino postulet. no-
ta typum huius gestisse veteris testamenti
sacerdotes, quorum functio erat igne-

Leu. 6. crū quotidie in altari souere. *Quid com-*
alind

